

riam esse: ostendit enim quod habeat causam in natura positam, sc. imbecillitatem ingenii, quæ cum nascatur cum hominibus, necesse est eos regi alieno consilio, quod si qui regi se non patiuntur, hi vi opprimendi & continendi sunt, ut reliqua multitudo generis humani conservari possit: sicut à corpore interdum præcidi membra corrupta oportet, ne totum corpus pereat. Mynsig. lib. i. Instit. §. jus autem Gentium.

### An jus patriæ potestatis sit omnium gentium?

**A**ffirmatur, quamvis enim jus patriæ potestatis civium Romanorum proprium esse dicatur §. 2. Inst. de P. P. distingvendum tamen hîc est inter patriam potestatem ratione suæ essentiæ & originis generaliter, & ratione formæ & effectuum specialiter consideratam. Priori modo juris gentium est; posteriori v. jure civili Romanorum propria. Ea propter Imperator dicto loco addit particulam *talem*, quod nulli scil. homines talem habeant in liberos potestatem, qualem Romani.

F I N I S.



Coll. diss. A. 129 misc. 34